

tem ^{b)}, cui honor divinitus debebatur. Exceptus denique ^{c)}, ut sanctus mandaverat, solenni apparatu, promovit eum ^{d)} honorifice cum consilio fratrum, quippe ^{e)} dum una sensere in illo vitę meritum. Nam et isdem vir dei Maiolus peculiare frequentius ^{f)} cum eodem Willelmo de his ^{g)}, quę verę salutis sunt, exercebat colloquium. Iamque expleto in eodem loco plus minus anno integro ^{h)} cunctis ⁱ⁾ admirabilis venerabilisque nec non honestioribus imitabilis habebatur. Tunc nanque spiritualis pater iudicavit eum sacerdotio fungi dignissimum. Iam enim sacratus fuerat levitico ministerio. At ille humiliter pavendę ^{k)} se subtrahens, dicens ^{l)} se omnino non esse dignum tractare tanti mysterii sacramentum. Sanctus quoque nolens, placorem ^{m)} animi eius turbare, consensit, ut voluit. (*cap. 10*) Interea venit quidam frater ⁿ⁾ prepositus cenobii sancti martyris Saturnini ^{o)}, quod est super Rodanum ^{p)}, precaturus sanctum virum Maiolum, quatinus ei aliquem e suis commodaret ^{q)}, qui eum cum fratribus sibi commissis ad salutis viam agnoscendam instituere valeret. At vir misericordię gemina consideratione prospiciens ^{r)}, unius videlicet iuvamen, alterius quoque oboeditionis probationem, domnum ei ^{s)} protinus commisit Willelmum. Qui omnino nil ^{t)} dubitans aut renitens perrexit humiliter ad patris imperium, obsecuturus ei ^{u)}, qui ad hoc venerat, utilitatis animę gratia. Habebat enim preatus vir plures fratres secum simul degentes. Una tamen (*fol. 224^v*) voluntas omnium, par consensus, similis ^{v)} operatio, modus orandi ^{w)} ac psallendi atque edendi et totus horum habitus caritatis gratia uniformis, Willelmo revera, ut ipsis convenerat, preceptore Cluniacensi ex more. Enim vero quicquid illorum erat peculii, communis in ecclesia heremus ^{x)} esse videbatur. Atque isdem, postquam ad potiora Willelmus sullimatus fuisset, referre erat solitus,

b) aduenientem RBM

c) denique est R

d) autem eum R

e) quippe qui R

f) frequenter R

g) iis R

h) fehlt R

i) plus cunctis BM

k) pauendoque RBM

l) BM; dixit, darin -xit auf Rasur in F; dixit R

m) uel mansuetudinem als Glosse ü. d. Z. in F, fehlt RBM

n) ein zweites quidam nach frater durch Unterstreichung getilgt in F

o) Rhodanum BM

p) commendaret B

q) inspicens B

r) fehlt B

s) nihil R

t) ei obsecuturus M

u) similiter B

v) operandi B

w) eremus RBM

7) St.-Saturnin, das heutige Pont-St.-Esprit, s. Bulst S. 27 f.